

h XII, 20

h XII, 20

continet quaedam de Ottonibus

(X 1883884)

1. 149



CCXCV.

D. D. I.

De

OTTONIBUS

Impp. Romanis

*preprimis tribus illis serie non-interruptâ
sibi succedentibus*

stylo Latinô Scholastico dicturus

JOHANNES PETRUS Henrich

itemque Psalmum de Messiâ propheticum CXmum

veste carminis heroici Latini amictum

recitaturus

CASPAR Ridel

uterg, Budissinus

frequens & benivolum Auditorium

eâ quâ par est

expetunt sibi atque exoptant

hocce Præceptoris sui schedio

JOH. Theiss M.P.L.C. Schol. Evangel. Budiss. Rectoris.

*Feci tibi nomen magnum, juxta nomen magnorum, qui
sunt in terrâ, II. Sam. VII, 9.*

BUDISSÆ literis Baumannianis, Ann, MDCLXXII,



REgressum mecum facite, Benivoli Lectores, ad *Programma CCXCIII.* in quo *duas* illas *καταλήξεις* nostras *olff* seu *ulff* / & *ram* seu *rum* non tam adduxi quam illustravi, si huic homini hoc gloriolæ tribuere velitis. Sequitur jam, ita nos ducente *πολυλογωπάτω* *Harsdorffero*, terminatio *rat*: (seu potius *rath*) seu *rad*: quod enim hæ *duæ* inter se permutentur & (in *compositis* quidem, non verò *simplici voce*) indifferenter scribantur, vel solum nomen onomasticum *CONRADI* testimonio fuerit atque exemplo. Vidi enim, qui hæc, quas jam præmissi, scripserint literis; vidi, qui *CUNRAD*; novi etiam, qui *Conrath* scribere maluerint. *Consultam audaciam*, nempe *einen Kühnen rath* / interpretatur *Scaliger* (*Exercit. 266.*) quia *kühn* est *audax*, Græcè *ἄγαν* & per *Metathesin* ac *metri gratiâ* *ἄγανος*, unde nostrum Germanorum, Francorum præsertim & Suevorum, *ein thurst* / e. g. *ist diß nit ein grausamer thurst?* *quæ (quanta) hæc est audacia?* & *ich thar audeo, thüren audere*: ut *II. Samuel. II, 22.* *Wie thurst ich mein Antlitz aufheben?* Ita *Genes. XXXIV, 25:* de filijs *Jacobi* stuprum sororis *Dinæ* ulturis, giengen in die Stadt (*Sichem*) *thürstiglich* / *confidenter* (juxta fontem *Ebraicum*) *magnâ confidentiâ & audaciâ, ex cupiditate vindictæ*, ut explicat *Gerhardus* in *Commentario*. Nimirum convenerunt hæc *thurst* / *audacia*, & *durst* / *sitis sanguinolenta*. Verùm quia hæc *CUNRADI* denominatio, derivatio & compositio vitij potius videatur & vituperij, quam laudis atque virtutis, emollijt eam, laudatus *Scaliger*, intelligens sive intelligi volens non quidem *audaciam*, sed *fortitudinem*, quam solam virtutem veteres judicabant. Dicemus ergò *CONRADUM* dici à *fönnen* (*fünnen*) & *rathen* / *qui potest, qui novit, qui e allet consilium dare*. Hoc de *Themistocle*, quod *Nepos* retulit *Cornelius*, prædicavit illustris ille *Atticus* scriptor *Thucydides*, quod *de instantibus verisimè judicavit*, &



& de futuris callidissime conjecerit: Est enim, quod subjecit in libro Commentario celeberrimus Böclerus, magnæ commendationis opus, etiam de ijs non imperitè aut ineptè judicare, quorum tu peritiâ destituare, habet nempè profectò rerum actus multa confusa, multa simulata, multa denique, quæ non possunt observate currentes in stadio, sed spectantes in foris, & est in omnium consultantium opere nihil difficilius comparatione, nihil sinuosius dubitatione, nihil electione periculosius. Quò pertinet illud pervulgatum, *saniora exsurgere consilia in animis senatorum senacula egredientium quàm introredientium.* Becmanus porro in Origg. cum Cunrado copulat leqq. nomina humana, quæ Harsdorfferus noster præterijt: Gebhard, rectius Gebrath/i. e. qui consilium dat: Wohlrath (quod alij efferunt Volhard, Volrad, Volradus) bene consulens, Eubulus, ex græco εὐ & βουλή (unde) εὐβουλία consilium bonum seu prudens, consilij felicitas, in illo Jambico Theophrasti
 Τύχη τῶν θνητῶν προγύματ' ἔκ εὐβουλία
 cujus vetus interpretatio est apud Ciceron. V. Tuscul. §. 25.

Vitam regit fortuna non sapientia.)

Reichrath / Reichardus, Richardus, dives consilij; vel Reckrath id est, consul inter heroes sive nobiles, Recke enim significat proceros, magnos, eximios, quod & Taubmanus adserit (in Virgil. Culic. v. 354.), Majores nostri Germani suos Recken i. e. Reges nuncupabant heroës, Helden/idque ex autore des Helden-Buchs & alijs confirmat. Olradus, Altrath/ vel Saxonice Oltrath (Oldradus) i. e. senior, senator, Altermann/multarum rerum usu præditus: Juvenes enim ὄμμα τῆς ἐμπειρίας καὶ Φρονήσεως nondum habent.

Sed reprehendamus filium Harsdorfferianum, quo subministrat nobis (1) Rath in numero singulari significare consilium (non enim pluraliter dici Rätze / consilia) (2) significare ipsos consiliarios, uti dicimus der Rath / die Rätze / intelligentes ipsas

):(2 per.



4.

personas, non verò præcisè *res ipsas*, licèt hæ simul involvantur, ut denominativorum mos est. significare (3) *successum*, addito præfixo *ge* / hinc *geraten* / *mißgeraten* / *ungeraten* / *wohlgeraten*. Quod ad primum, non equidem simpliciter concesserim planè inusitatum esse *plurativum* vocis Germanicæ *numerum*, ut qui meminerim Principis alicujus laudatissimum & *ῥεσιῶδες* dictum, *die Morgen-Rätthe sind die besten Rätthe* / ubi sanè *consilia* indicatum voluit, non *consultantes*. Secundum est ex loquutione Metonymicâ, quod technici dicunt *adjunctum* poni pro *subjecto* seu *effectum* pro *causâ efficiente*. Volgatum siquidem est, *die Wache holen* / h. e. *vigiles*; *die Gewercken* / *operas*; *custodias* h. e. *custodes*. Ita apud *Justin. VI, 3, 11. presidia* hostium Athenis deducuntur, h. e. *milites presidarij* die *Besatzung*. Docuit hoc jam olim notissimus ille Grammaticus *Servius*, qui etiam illis servit, à quibus sæpius refutatur, saltem carpitur, & ex eò *Laurentius Valla lib. IV. Elegantiar. cap. 258*. Ubi obiter notanda venit *ἀβλεψία* in Indice Appulejano *Elmenborstij*, qui nos remittit ad *libri IV. Metam. principium*, visuros ibi *operam* poni pro *operariis*, quod tamen secus est. Ita habet textus: *Erant & falces, & opera messoria mundus* (rectiùs *modus*) *omnis*. Quis heic exsculpet usum metonymicum? quum præsertim sequatur, *estu laborantium manibus projecta*. Ergonè laborantes projiciunt *eos*, qui laborant, ac non potiùs *ea*, quibus laborant? Tantæ tamen hæc laureola non est *operæ*. Siquis Paronomasiâ delectetur *Rätthe* sæpius sunt *Räder* / h. e. *incerta & periculo tumentia*, & *Räder* vicissim sunt *Rätthe* / h. e. quæ nocent, docent, *παθήματα μαθήματα*, *Leiden leiten*. Priorem partem videor mihi declarare posse ex *capitis XXXVII. v: 8, 9, 10. Ecclesiastici*, cujus verba ita retulit *Victorius Strigelius*, "Omnes volunt esse consiliarij, sed aliqui sunt
 "mercatores propriarum utilitatum in dandis consilijs: Ideò
 cave

"cave tibi à consiliarijs, ac prius cogita, quæ sit consilij utilitas,
 "sæpe enim aliquis sibi ipsi consulit, & quasi sortem jaciens di-
 "cit, *Tu rectam viam ingressus es, & tamen stat è regione, ut vi-*
 "deat, quis eventus sequuturus sit. *Posteriores vel solum Ca-*
rolus IV. confirmat Symbolum, Optimum alienâ insaniâ frui,
 quod juniores pluribus deductum legant apud *Nicolaum Reusne-*
tum in evolutione hujus Symboli (class. III. Imperator. Symbol.
XXVII.) & πολυμαθεύτων Weitzium Notis in Terent. Heautont. 1, 2,
36: & Adelph. III, 4, 53: Graviter sanè, nondum epoto philtro so-
 pitus, & verè scripsit *Carus lib. II. de R. N.*

Suave mari magno turbantibus æquora ventis
 è terrâ magnum alterius spectare laborem,
 non quia vexari quemquam est jucunda voluptas,
 sed quibus ipse malis careas, quia cernere suave est

ex quo omninò illud suum desumfit *Isidorus Pelusiot a lib. II. epist.*
249. ἐν λιμένι καθήσθαι καὶ τῶν ἄλλων ἐπισκοπεῖν ναυάγια. Sed
 unde tandem deducemus vocem *Rath*? Quia, quod alibi de-
 monstratur, plurima ex Græciâ ad nos Germanos vocabulorum
 plaustra vecta sunt, mihi videtur non incommodè deduci *ῥῆν*
ῥεῖν, dicere, loqui, unde & rēden & rathen fermè conveniunt, ut
 sit *Rath* à *ῥητός, ἢ, ὄν*: hinc & *ῥήτρα, dictio, oraculum*. Et *Suidâ*
 teste dicebatur ita *παρὰ Λακεδαιμονίους νόμος Λυκέργος ὡς ἐκ χειρὸς*
τιθέμενον, quas alij exponunt *edictiones breves*. Et apud *Ælianum*
(V. H. l. II. c. 7. & l. X. c. 18.) ῥήτρα est *paclum seu conventum seu*
conditio. *Rad* verò est ex Latino *rota* (ex quo *rotula, Rolle*):
 nec obstat *t*, quia, juxta omnes Grammaticos, *literæ unius organi*
sunt inter se εὐμετάβολοι. *Rota* nonnullis dicitur, quòd *ruat*: sed
 propiores sunt duæ radices in linguâ sanctâ *רָחַץ* descendit *רָחַץ*
declinavit, divertit. Quod attinet ad *κατάληξιν rich* vel *ric*/
 quam *Harsdorfferus* dicit significare *divitem* & inde deducit

Henrich/Huldrich/Ehrenreich: de ijs in antecedentibus dictum fuit Programmasi. Nunc de *Ottonibus*, tribus Imperatoribus Romanis è familiâ Saxonum Wittekindeâ sibi immediatè succedentibus pauca adferam, de his enim dicturus est noster de scholâ Declamator.

Notissimus de his circumfertur ille versiculus

Otto, post Otto, regnavit tertius Otto.

Primus horum dictus fuit *Otto Magnus*; secundus, *pallida mors Saracenorum*, quos vicit in Apuliâ; tertius, *Otto das Kind* & postea, à rebus gestis, *Mirabilia mundi*. Otto Magnus inter alias res fortiter & laudabiliter gestas Slavorum etiam immitem gentem ad mitiora Christianæ religionis instituta deduxit, vitis tributa imposuit, inq; eum finem Archiepiscopatum Magdeburgi, ubi & tumultatus est, fundavit, domitisque Sorabis, Vandalis & Henetis instituit collegia (*Stifter*) *Mersburgense* ad Salam, *Cizense* ad Elystrum, & *Misenense* ad Albim. Hujus Imperatoris coronatio ab *Abbate Spanbeimensi* ita describitur. “Otto primus
“per manûs Hildeberti archiepiscopi Moguntini Aquisgranil in
“Regem unctus est. Cum enim duo Pontifices, Treverensis videlicet & Coloniensis inter se contenderent, quis hoc munus consecrationis verè peragere debuisset, procerum iudicio ad Hildebertum Moguntinum pontificem delatum est, Qui accedens
“ad altare, & sumens inde *gladium* imperialem cum *balteo*, conversusque ad regem, ante se genua flectentem, dixit: *Accipe*
“*bunc gladium, in quo dejicias omnes Christi adversarios, barbaros, & malos Christianos, tibi autoritate divinâ traditum, cum*

Quomodo Rex Galliarum inaugurari soleat, tradit Sleidanus lib. XIX, Commentarior, de Statu religion, & Reipubl,

"omni potestate totius Imperij Francorum, ad firmissimam pacem
 "omnium Christianorum. Amen, Deinde sumtis armillis & cbla-
 "myde induit eum dicens: His cornibus humerotenus demissis mone-
 "aris, quò zelo fidei fervere debeas, & in tuenda pace usque infi-
 "nem constans perseveres. Exinde sumto sceptro baculoque dixit:
 "His signis monitus esto, quatenus paternâ castigatione subjectos
 "corripias, primumque te Dei ministris, deinde etiam viduis, orpha-
 "nis & pupillis protectorem ac defensorem semper exhibeas, eisque
 "manum misericordie clementer porrigas, Post hæc fulo super
 "caput ejus oleo consecrationis ait: Unxit te Dominus in Regem
 "super populum suum, ut nunquam de capite tuo oleum miserationis
 "deficiat. quò bic & in futuro misericordiam ab ipso creatore
 "tuo consequaris, Amen. Postremò imposuit capiti ejus regalem
 "coronam, dicens: Coronavi te coronâ justitie, quâ monearis te
 "ministrare justitiam debere subditis, quatenus hoc ornamento re-
 "gali præmunitus & tuis reverendus & inimicis terribilis appare-
 "as, & post hujus vitæ terminum sempiterno cum angelis premio
 "coroneris Amen. Completâ benedictione Pontificis, Re-
 "gem in solium, regale cum omni lætitiâ posuerunt. Hic Im-
 "perator, postquam annos ferè XXXVII. imperium obtinu-
 "isset, moritur Meimlebij ad Onestrum die VII. Maji feriâ quar-
 "tâ ante Pentecosten anno post C. N. nongentesimo septuagesimo
 "tertio, cujus tumulo Magdeburgi fuere inscripti versus isti

Tres luctûs causæ sunt hoc sub marmore clausæ,


Rex, decus Ecclesiæ, summus honor patriæ.

Successit filius *Otto II.* qui *puer septennis*, vivo adhuc Patre
 electus fuerat, qui ex ductâ postea Nicephori Imperat. Con-
 stantinopolitani privignâ Theophaniâ *Ottone III.* (qui & ipse
 Patri postmodum successit) progenuit. *Rupertus*, postquam
Besoldum imprudentis curiositatis notâisset, hoc famâ dignius
 censet,

cenſet, quod Danos rebelles rursus imperij jugo ſubdiderit; Lotba-
 ringiam Francorum occidentaliſimum armis ereptam Germaniæ rursus
 copulaverit; infortunium graviſſimum evaſerit: Cùm enim in
 prælio contra Saracenos Calabriam & Apuliam repetentes, cæ-
 ſis ad internecionem ſuis copijs, fugâ elapſus à Piratis ad mare
 captus eſſet, haut cognitus parvo pretiò redemptus eſt, victusque
 victor redintegrato contra hoſtes prælio evaſit, unde & *pallida
 mors Saracenorum* dictus eſt. Otto verò III, cognomento *Daß
 Kind* / & poſtea dictus *Mirabilia mundi*, multa præclare geſſit in
 Italiâ & Germaniâ, quæ hinc inde à ſcriptoribus plurimis deſcri-
 buntur & deprædicantur. *Diemarſ* (lib. IV. *Chronic.*) de ejus
 exceſſu hæc ſcribit, *Exivit ab hoc ſeculo ſuis inſuperabilem relin-
 quens mærorem, quia tempore eo non fuit ullus largior ac per omnia
 clementior illo.* Febre, vel, ut volunt plerique, venenatis chiro-
 thecis ab uxore *Creſcentij*, quem olim rebellem ſuſpendi cura-
 verat, miſſis periit.

Atque de hiſce tribus Ottonibus, exercitij gratiâ, more
 ſcholæ dicturus eſt JOH. PETRUS Henrich Budiſſinus probæ
 monetæ adoleſcens & indiſtriæ diligentæ, quam in hoc propo-
 ſito, licet arduo, ſufflaminare iniquum videbatur & intempeti-
 vum. Sed & poſt hos Ottonas alius OTTO IV. recenſetur,
 qui contra Philippum, & vicifim contra Ottonem Fridericus II.
 Dux Sæviæ Imperatores electi ſunt. *Dieterichus in Breviario Hi-
 ſtorico* ſcribit, fuiſſe Principem ſuperbum, animi altitudine, quàm
 conſilij magnitudine clariorem. Nos heic deſinimus, Vos, be-
 nevolentiffimi Domini, ſummo rogantes opere, ut Declamatori
 noſtro, ſimulque CASPARI RIDELIO, & ipſi Budiſſino,
Pſalmum CXmum heroico pedi redditum recitaturò benivolæ au-
 gium veſtrarum ædeis vacuefaciatis.

Atque ita in Chriſto Domino valete. P P. Budiffæ laben-
 te menſe Julio ann. MDC LXXII.



V077

ne



lu
tu
tic
m
fer
tel
pr
Co
fui
an
un
ru
be
22.
fli
(S
ma
hu
CU
vid
lau
dac
ban
ther
mif
tica

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000

Kodak LICENSED PRODUCT

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	-------

...nivoli Lectores, ad Pro-
 ...as illas καταλήξεις nostras
 ... non tam adduxi quàm il-
 ... tribuere velitis. Sequi-
 ... Harsdorffero, termina-
 ... enim hæ duæ inter se per-
 ... verò simplici voce) indif-
 ... onomasticum CONRADI
 ... enim, qui hisce, quas jam
 ... UNRAD; novi etiam, qui
 ... audaciam, nempe einent
 ... ercit. 266.) quia fubit est
 ... in ac metri gratiâ Γερσὺς,
 ... m præfertim & Suevo-
 ... ner thurst? qua (quanta)
 ... audere: ut II. Samuel. II,
 ... ta Genes. XXXIV, 25: de
 ... ris, giengen in die Stadt
 ... a fontem Ebraicum.)
 ... te vindictæ, uti explicat
 ... rum convenerunt heie
 ... ta. Verùm quia hæc
 ... compositio vitij potius
 ... virtutis, emollit eam,
 ... volens non quidem au-
 ... ritutem veteres judica-
 ... i à fõnnen (fünnen) & ras
 ... um dare. Hoc de Tbe-
 ... edicavit illustris ille At-
 ... bus verisimè judicârit,
 &

